

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 5: De aliis rebus

### Caput 12: De predictoribus (16)

Unde Gregorius:

Sunt itaque nonnulli qui magnis muneribus ditati,  
dum solius contemplationis studiis ardescunt,  
parere utilitati proximorum in predicatione non resurgunt,  
secretum quietis diligunt, secessum speculationis appetunt.  
De quo si districte iudicentur, de tantis procul dubio rei sunt,  
quantis venientes ad publicum prodesse potuerunt.  
Qua enim mente is qui proximis suis proficere potest,  
secretum proponit suum,  
quando ipse summi patris unigenitus, ut multis prodesset,  
de sinu patris egressus est ad publicum nostrum?

Sunt itaque nonnulli qui magnis, ut diximus, muneribus ditati,  
dum solius contemplationis studiis inardescunt,  
parere utilitati proximorum in praedicatione refugiunt,  
secretum quietis diligunt, secessum speculationis petunt.  
De quo si districte iudicentur, ex tantis procul dubio rei sunt,  
quantis uenientes ad publicum prodesse potuerunt.  
Qua enim mente is qui proximis profuturus enitesceret,  
utilitati ceterorum secretum proponit suum,  
quando ipse summi Patris unigenitus, ut multis prodesset,  
de sinu Patris egressus est ad publicum nostrum?

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 1.5 (SC 381, F. Rommel ed.,  
p.148, ll.47-56).